

1155 in stationibus regalibus in planitie pulcherrima ante
 regiam urbem Romam¹ positis de eorum iture cibos sumere²,
 Lateranenses antiquum fastum³ somniantes de domini
 imperatoris consecratione tamquam contra eorum ~~et~~
 voluntatem facta indignati forti manu contra ipsum
 armantur. Quid plura? Armata⁴ acies ultra Tyberim pro-
 grediuntur. Hec dum imperator audit, contra armat
 exercitus et nullum in eos insillum fieri precipit, quoad⁵
 usque in planum progrediuntur. Lateranenses contra im-
 peratoris exercitus in planos campos egrediuntur, a primis
 aciebus congreditur, fit pugna. Verumtamen cum imperator
 Fridericus cum filio regis Conradi² et aliis principibus eos
 in fronte viriliter cederet, Henricus, dux Saxonum, per-
 fractos muros, quos quondam Henricus imperator fregit,³
 Romam intrat et ab ipso ponte a tergo eos vir bellicosus
 invadit. Et cum ad ferream portam, que in medio
 pontis est, fere pervenissent, Lateranenses hic conspici-
 entes et inter duo mala minus malum eligentes tam
 ab hostibus quam a suis ferream portam claudunt et
 sic miserabiliter prostrati quidam gladio, quidam naufr-
 gio interierunt, reliqui capti domino imperatori nu-
 mero CCC sunt presentati. Quos imperator domino Petro,
 Romane urbis prefecto, qui ei fideliter adheverat, tradidit,⁴

1) Der ursprüngliche Text.

2) Nach Dölleff, Der 1. Römische Kaiser Friedrich I., 36 Ann. 6 nach
 Friedrich von Rosenburg, damals ungefähr 11 Jahre, nicht
 bezeugt.

3) Gaintz IV 1083, Magis v. Ruonau III, 479; sgl. auch Dölleff
 u. s. F. 37.

4) Lupo (Düchesne, Lib. Pont. I, 392) gibt an, daß die Übergebenen
 des Gefangenen auf die Gültigkeit des Ritters für gut befanden.